

ita ab initio constituta sit, ut praeter sexuum coniunctionem haberet in se Christi ecclesieque sacramentum, dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium. Igitur cuiuslibet loci clericus, si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonio dederit, non ita accipiendum est, quasi eam coniugatam^k dederit, nisi forte illa mulier et ingenua facta et dotata legitime et publicis nuptiis honestata videatur. Paterno arbitrio viris iunctę careant^l culpa, si mulieres, quae a viris habebantur, in matrimonio non fuerunt, quia aliud est nupta, aliud concubina. Et ancillam a thoro abicere et uxorem certe ingenuitatis accipere non duplicatio coniugii, sed profectus est honestatis.

III.^m Sed et de⁵⁶ *multinubis* in concilio Neocesariensi capitulo III ita scriptum est: *De his, qui in plurimas nuptias inciderunt, et tempus quidem praefinitum manifestum est, sed confessio eorum et fides tempus abbreviat.* Evenit etiam *per*⁵⁷ *bellicam cladem et gravissimos hostilitatis incursus*, ut uxor viri capti alteri coniungatur, rapiuntur quoque contra fas et iura viduę vel virgines ac sanctęmoniales⁵⁸, unde medicinę sacris designantur canonibus⁵⁹. Ecce quibus modis sociantur coniugia vel contubernia usurpantur.

Sequuntur autem modi, quibus debeant vel soleant dissociari.

Cap.ⁿ. I.ⁿ. Primo⁶⁰ qui secundum evangelicam admonitionem⁶¹, ut beatus Augustinus in libro de coniugio dicit⁶², amore fit salutis aeternę, ubi tanto

i) am Rand Nota-Zeichen A. k) so A; coniugato Leo und Paris. Lat. 2866 (*De divortio*). l) so A; carent Leo und Paris. Lat. 2866 (*De divortio*). m) am Rand A. n) am Rand, darüber Nota-Zeichen A.

⁵⁶) Neocäsarea c. 3 in der Fassung der Collectio Dionysio-Hadriana (Turner [wie Anm. 25] 2 S. 123) = Collectio Dacheriana c. I, 78 (d' Achery/de la Barre, wie Anm. 22, S. 527 f.).

⁵⁷) Leo der Große an Nicetas von Aquileja (JK 536, Migne PL 54 Sp. 1136 A), u.a. überliefert in der Collectio Dionysio-Hadriana (Migne PL 67 Sp. 296 B) und Hispana (Migne PL 84 Sp. 773 D–774 D) = Collectio Dacheriana c. I, 64 (d' Achery/de la Barre, wie Anm. 22, S. 526).

⁵⁸) Den Frauenraub *tam viduarum quam et puellarum atque nonnarum* verbietet bereits Ludwig der Deutsche 860 vor der Reichsversammlung in Koblenz (MGH Capit. 2 S. 158, 10 f.).

⁵⁹) Vgl. oben Anm. 53.

⁶⁰) *Primo – communionem* (S. 43) wurde von Hinkmar mit Einschüben in *De divortio Lotharii regis et Theutbergae reginae* Resp. 5 übernommen (MGH Conc. 4 Suppl. 1 S. 35–37).

⁶¹) Vgl. Matth. 19,29.

⁶²) Vgl. Augustinus, *De bono coniugali* XVIII (22): *bonum ergo sunt nuptiae, in quibus tanto meliores sunt coniugati, quanto castiores ac fideliores deum timent* (CSEL 41 S. 217, 5 ff.). Vgl. ferner Hinkmars Formulierung in *De uxore Bosonis*: . . . *propter continentiam, unde tanto coniuncti sunt amplius quanto et spiritalius* (MGH Epp. 8,1 S. 82, 29 f., Schrörs, wie Anm. 23, Reg. 140 von 860).